

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

LVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

ihren Früchten gnugsam erscheinet / werdet dieser zuherzigen Erinnerung ferner nachzu-  
dencken wissen.

Vom Colloquio ist noch kein Bericht anhero kommen / seind im Kloster Maulbrunn  
beneinander / hoffe aber / zu ewer ankunfft werdet Ihr alhier etwas gewisses davon er-  
fahren. Wann Ihr / wißs Gott / anhero kommt / sollet Ihr mich alhier finden / wie-  
wohl meine Hülffe klein ist / doch kan ich Euch allerley berichten.

Für meine liebe Hausfrau wollet kauffen lassen / und mitbringen / lauts insliegendes  
Zedels / ist willens wieder ad Themas zu ziehen. Ewer Brieffe darinnen Ihr den Tag  
ewer ankunfft gewiß anzeigt / hab ich noch nicht gesehen. Seyd Gottes gnaden treu-  
lich befohlen / salutirt mir Ewere Mitbrüder die Herren Pfarrer / und laßt mich in  
Ewer gebett befohlen sein. Datum Zweybrück / den 22. Aprilis, Anno 63.

Herrn Matts Pfarrern saget meinen freundlichen dienst / und daß ich auff sein schrei-  
ben ihme bey nächster botschaft wolle antworten.

Ewer williger Freund

Wolff von Köterzig.

LVI.

S. D. Magnæ mihi curæ est, Reverende Domine Doctor, vir clarissime:  
ne in suspicionem veniam vel simulationis, vel *invidiosus* alicujus, cum  
apud Ampliss. viros, qui Rempub. literariam Inclyti & celeberrimi Gymna-  
sij vestri procurant atque moderantur, à quibus tam honorifica & splendida  
functio mihi ultro delata est: tum apud te, cujus non solum ingens amor,  
incredibilis ferè benevolentia, multis erga me haud vulgaribus officiis, pro-  
ximis hisce mensibus declarata est: verum etiam singularis erga Christi Ec-  
clesiam pietas extat, & mirifica in omnes humanitas, qui illam miseram &  
afflictam, quæcunque ratione juvare posse videntur. Quare nihil hactenus  
remissi vel laboris vel diligentia, ut negotium in Aula principis, & urgerem  
& maturarem: Sed nondum respondit eventus his conatibus meis. Differt  
adhuc Filius DEI exauditionem precum nostrarum, & causæ illius moræ  
ipsi soli notæ sunt. Ego verò hoc experior: Non solum beneficia Aularum,  
verum etiam responsa lenta esse solere, injurias autem earum minimè len-  
tas, sed præcípites. Impedimenta tamen, quæ inciderunt, quo minus ad-  
huc mihi responsum sit, ejusmodi fuerunt, ut sit locus excusationi. Primum  
enim domo absuit princeps, hinc inde necessarii de causis peregrinatus, hoc  
ferè toto tempore, quo negotium hoc nostrum cœptum est agi: ita ut nu-  
dius

dius quartus in ditionem suam primum sit reversus. Deinde Regimina divisa sunt, & distinctæ gubernationes <sup>regi dextera</sup>. Duplex enim est Regio hujus Marchionatus. Interiorem, quæ Noribergensium Dynastiæ vicina est, Princeps ipse tenet. Hanc superiorem Ithacam, quam nos incolimus, quamque propter montana ego Ithuream & Trachonitidem nostram appellare soleo, regunt principis loco præfectus, & Consilarii provinciales, qui antequam aliquid in magnis & arduis negotiis pronunciant vel statuunt, omnia ad Principem referunt. Quare fieri solet, ut ultrò citròque missis literis & communicandis consiliis deliberationes extrahantur: quod etiam in hac mea causa factum est, in qua sæpius hinc inde missæ sunt literæ, quarum ego aliquas vidi, sed propter necessarias Principis profectiones, ut dictum est, ipso absente, nondum certi aliquid decretum est. Postquam autem nunc Illustriss. princeps domum rediit, nullam amplius moram intercessuram spero, quin respondeatur: ut sciam, quid mihi sit agendum. Hæc ad te per eundem Tabellarium, qui nuper in proximis literis nostris invicem reddendis, operam suam nobis præstitit, redeuntem ex silesia ad vos & Basileam, scribere visum fuit: ut scires, me hoc negotium non remissè agere, nec curam omnem, aut cogitationem illius deposuisse. Video enim vos quoque serio rem agere, aut urgere, quod ex proximis binis literis tuis satis intellexi: quarum priores decimo die mensis Januarii mihi redditæ sunt, alteræ verò 8. Martii, quas Bayreuthum à meis missas accepi, oppidum sex miliaribus à nobis distans, ubi tum visitandarum Ecclesiarum gratia agebam. Quam primum verò declaraverit Illustriss. Princeps sententiam suam, ne utrinque diutius hæreamus, incertis sententiis fluctuantes, significabo vobis, quemadmodum initio primis meis literis pollicitus sum, quidnam decreverim, quidve mihi faciendum arbitretur. Hactenus profectò nondum certi aliquid statuere licuit. Quòcirca te, micariss. Domine Marbachi, reverenter oro, ut hanc exiguam moram non molestè feras: Dominosque Scholarchas, Amplissimos viros, ut idem faciant, meo nomine exores. Vobis autem omnia mea officia defero: meque & tutelæ & patrocinio vestro commendo. Filius DEI Ecclesiam vestram tueatur, & defendat, vosque omnes clementer conservet: Amen. Datæ postidie Divi Marc. Evangelistæ, 26. Aprilis. Anno Chr. 1564.

*Tuus ex animo*

Streitbergerus.

LVII.

**S**alus per Filium DEI: Reverende & clarissime Vir, Domine & amico  
Sicut observantia colende. Etsi multum intarest in novis conjunctionibus,